

terram exponat Catholicis occupandam, qui eam exterminio hæreticis absque ulla contradictione possideant, & in fidei puritate conservent, salvo jure domini & principalis, dummodo super hoc ipse nullum præstet obsecrum, nec aliquid impedimentum opponat: eadem nihil minus lege servata circa eos, qui non habent dominos principales.

Cruce signati ad exterminationem hæreticorum, gaudent privilegio concessu crucis signatis in subdium terra sancte. h. d. usque ad §. Credentes. Abbas.

§. 4. Catholici vero, qui crucis assumptu charactere ad hæreticorum exterminium se accinxerint, illa gaudeant indugentia, illoque sancto privilegio sint muniti, que acceditibus in terra sancta subdium conceduntur.

Ibi ponitur pena credentium, receptatorum, & defendantium hæreticos: primo Laicorum: secundo Clericorum: usque ad §. Quia Abbas.

§. 5. Credentes b præterea, receptatores, defensores, & fautores hæreticorum, excommunicationi decernimus subjacere, firmiter statuentes, ut postquam quis c talium fuerit excommunicatione notatus, si satisfacere contempserit intra annum, extunc ipso jure sit factus infamis, nec ad publica officia seu consilia, nec ad eligendos aliquos ad hujusmodi, nec ad testimonium admittatur: sit etiam intestabilis, ut nec testandi liberam habeat facultatem, nec ad hæreditatis successionem accedat. Nullus præterea ipsi super quocunque negotio, sed ipse aliis respondere cogatur. Quod si forte judex extiterit, ejus sententia nullam obtineat firmitatem, nec causæ aliquæ ad ejus audientiam perforantur. Si fuerit Advocatus, nullatenus ejus patrocinium admittatur: si Tabellio, instrumenta d confecta per ipsum nullius sint momenti, sed cum auctore & damnato damnentur. Et in similibus idem præcipimus observari. Si vero Clericus fuerit, ab omni officio, & beneficio deponatur: ut in quo major est culpa, gravior exerceatur vindicta. Si qui autem tales, postquam ab Ecclesia fuerint denotati, evitare contemplerint, excommunicationis sententia ulice ad satisfactionem idoneam percellantur. Sane Clerici non exhibeant hujusmodi pestilentialibus Ecclesiastica sacramenta, nec eos Christianæ præsumant tradere sepulturæ, nec elemosynas, aut oblationes eorum percipient: alioquin suo præventur officio, ad quod nunquam restituantur absque induito sedis Apostolica speziali: similiter quilibet regulates, quibus etiam hoc infigatur, ut eorum privilegia in illa diœcesi non serventur, in qua tales excessus præsumperint perpetrare.

Gregorius IX. Archiepiscopo Mediolanen. [an. 1235.]

§. 6. Quia sibi officium prædicandi assūmere, nisi super hoc sibi a jure, vel a fede Apost. vel a diœcesano Episcopo licentia concedatur: alias excommunicatur: & nisi resipuerit, alia pena imponitur. h. d. usque ad §. Adjicimus. Abbas.

§. 6. Quia f vero nonnulli sub specie pietatis, virtutem ejus (juxta quod Apostolus ait) abnegantes, auctoritatem sibi vendicant prædicandi, cum idem & Apostolus dicat: Quomodo prædicabunt, nisi mittant? omnes, qui prohibiti vel non missi, præter auctoritatem ab Apostolo. fede, vel Catholico Episcopo loci suscepit, publice, vel privatim prædicationis officium usurpare præsumperint, excommunicationis vinculo innodentur: & nisi quam citius b resipuerint, alia competenti poena plectentur i.

Archiepiscopi, & Episcopi inferiorum suorum provincias, & diœceses suspectas habentes de heretis, saltem semel in anno per-

se, vel per alios idoneos visitent: qui etiam debent, si hoc expedire videbitur, exigere juramentum ab illis de vicinia ad revelandos hæreticos, & occula conventicula celebrantes, quos revelatos, relapsos canonice punient: & renentes jurare, ut hæretici condemnentur. h. d. usque ad §. Volumus. Abbas.

§. 7. Adjicimus insuper, ut quilibet Archiepiscopus, vel Episcopus, per se, aut per Archidiaconum suum, aut alias honestas idoneasque personas, bis, aut saltem semel in anno, propriam parochiam, in qua fama fuerit hæreticos habitate, circumeat: & ibi tres aut plures boni testimoni viros, vel etiam (si expedire videbitur) totam viciniam jurare compellat, quod a si quos ibidem hæreticos sciverit, vel aliquos occulta conventicula celebrantes, seu a communione fidelium vita & moribus dissidentes, eos Episcopo studeat indicare. Ipse autem Episcopus ad presentiam suam convocet accusatos, qui nisi se ab objecto reatu purgaverint, vel si post purgationem exhibitan in pristinam fuerint relapsi perfidiam, canonice puniantur. Si qui vero ex eis juramenti religionem obstinatione damnabili respuentes, jurare forte noluerint, ex hoc ipso tanquam hæretici reputentur.

Episcopus negligens in hæretis persequenda, a dignitate Episcopali est removendus, & alius idoneus est subrogandus. h. d. usque ad finem Abbas Siculus.

§. 8. Volumus b igitur & mandamus, & in virtute obedientie districte præcipimus, ut ad hæc efficaciter exequenda Episcopi per diœceses suas diligenter invigilent, si canonican velint & effugere ultionem. Si quis enim Episcopus super expurgando de sua diœcensi hæreticæ prævaricatio fermento negligens fuerit, vel remissus, cum id certis indicis apparuerit, ab Episcopali officio deponatur, & in locum ipsius alter substituatur idoneus, qui velit & possit hæreticam confundere pravitatem.

C A P. X. V.

Laici cuiuscunq; professionis sint, prædicare non debent.

Innocentius III. Bifuntin. Archiepiscopo. [an. 1213.]

§. 9. Iicut in uno d corpore: (¶ inf.) Cum igitur nonnulli Laici prædicare præsumant, & verendum nimis existat, ne via sub specie virtutum occulte subintrent: nos attendentes, quod Doctorum ordo est in Ecclesia Dei quasi præcipius: mandamus, quatenus, cum alios Dominus Apostolos dederit, alios Prophetas, alios vero Doctores, interdictis Laicis universis, cuiuscunq; ordinis censeantur, usurpare officium prædicandi.

C A P. X. V.

Hor cap. usque ad §. Si qui autem, habetur in c. excommunicationis, supr. cod. tit. in princ. unde summa & declaratur prout ubi sicut dictum.

Idem.

II. Excommunicamus e, & anathematizamus universos hæreticos, Catharios, Paratenos, pauperes de Lugo, Passaginos, Tasseinos, Arnaldistas, Speronistas, & alios quibuscunq; nominibus censeantur, facies quidem habentes diversas, sed caudas ad invicem colligatas, quia de vanitate conuentiunt in idipsum. Damnat vero per Ecclesiam, seculati iudicio relinquantur, animadversione debita puniendi: Clericis prius a suis ordinibus degredatis.

Si in heresi deprehensi, nolunt redire ad fidem, detrudendi sunt in perpetuo carcere ad penitentiam peragendam: & credentes erroribus hæreticorum, hæretici sunt. h. d.

Si

a Dominii. b Eymericus in Directorio Inquis. p. 2. q. 50. 51, 52, ¶ 53, Archidiaconus in c. quirunque de her. l. 6. c quilibet. d al. eius instrumenta confessi, &c. eod. actore. f Vide Trid. Conc. sess. 5. de reform. c. 12. ¶ sess. 24. de reform. cap. 4. addit. citatos in c. seq. g 2. Timoth. 3. Roman. 10. h quicquid. i plectantur.

a Vid. B. Thom. 2. 2. q. 12. art. 2. & Alphonsum Castr. l. 2. de just. her. pun. c. 7. & Simancam Cath. inf. tit. 46. de paenit. b Hæc verba, & ordinatis ab eis, defunt in omniab. manus. c C. 2. eod. tit. in 1. comp. d C. un. eod. tit. in 3. comp. vid. Bernard. Diaz. in præf. crim. can. c. 4. & seq. e C. 2. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. Later. p. 26. e. 16.

§. 1. Si qui autem de prædictis, postquam fuerint reprehensi, redire noluerint ad agendam condignam poenitentiam, in perpetuo carcere detrudantur: credentes autem eorum erroribus, hæreticos similiter judicamus.

C A P. X. VI.

Liberantur ab omni obligatione, qui hæreticos tenebantur adstricti.

Idem. (an. 1235. Rome.)

A Bsolutos a se noverint a debito fidelitatis hominii, & totius obsequii, quicunque lapsus manifeste in hæretum aliquo pacto, quacunque firmitate vallato, tenebantur adstricti.

TITULUS VIII. DE SCHISMATICIS, ET BORDINATIS AB EIS.

C A P. I.

Irrite sunt ordinationes, beneficiorum collationes, & Ecclesiasticarum rerum alienationes per Schismatics factæ, & adigne-
tate, & ordine suspenduntur, qui Schisma tenere jurant.

Ex Concilio Lateranensi. (an. 1102.)

Q Uod a prædecessore & nostro: (¶ inf. 1) Ordinationes ab Octaviano, & Guidone hæreticis factas, & ab Ordinatis ab eis, irritas esse censemus: adjacentes, ut qui dignitates Ecclesiasticas, seu beneficia per dictos Schismatics accepérunt, careant impetratis. Alienationes quoque, quæ per eosdem Schismatics, seu per Laicos factæ sunt de rebus Ecclesiasticis, omni careant firmitate, & ad Ecclesiasticas sine omni onere revertantur. Si quis autem contraire præsumperit, excommunicationi se noverit subiectus. Illos vero, qui sponte juramentum de tenendo schismatis præstiterint, a sacris ordinibus, & dignitatibus derigimus manere suspensos.

[¶ Fel. nem. pp. Innocentio est, innovantes.]

C A P. II.

Ordinatus a Schismatics, ab officio est repellendus, nisi propter secum dispensatum per habentem posestatem.

Innocentius III. Bifuntin. Archiepiscopo. [an. 1213.]

F Raternitati d tue: (¶ inf. 1) Priorem, quem a Schismatics accepis ordinatum, ab officio poteris repellere inconstanter, nisi legitime probaverit secum fuisse misericorditer dispensatum, & ab ea persona, quæ super hoc potest habuerit dispensandi.

TITULUS IX. DE APOSTATIS, ET REITERANTIBUS BAPTISMA.

C A P. I.

Clericus, qui dimisso habitu & tonsura immiscer se enormiter, perdit privilegium canoris: si quis jugente: undecum deprehendentes non incident in canorem, scil. excommunicationem.

Alexander III. [an. 1180.]

P Ræterea e Clerici, qui relicte ordine Clericali, & habitu suo, in apostasia tanquam Laici convertantur, si in criminibus comprehensi teneantur, per censu-
Eccles. non præcipimus liberari.

C A P. II.

Si crimen Acolyti, qui rebaptizanti præbuit ministerium, est occulatum, promoveri potest: si publicum, non, nisi cum eo religionem intrante dispenseatur.

Idem Abbatii S. Genovefa (an. 1180. Rome.)

E X literarum b tuarum tenore perpendimus, quod quidam exigitudine longa confessus, infano fortilegarum mulierum credens consilio, ut sanaretur, per iterationem fecit injuriam baptismatis sacramento: (¶ inf. 1) Quia ergo tua nos duxit prudent. consulendos, qualiter puniri debeat Acolythus, quem minor ætas, & intentio fraternalis salutis excusat videtur b: Discret. tuæ presentibus literis respond. quod ad superiores ordinis promoveri, si publicum est, quod proponitur] non valebit, nisi ad religionem transire voluerit, ut favore religionis ipsius circa eum valeat dispensari. Si vero occultum est, promoveri poterit, & ex cœssum suum dignis poenitentia fructibus expiare.

[¶ 1. Absit huic autem sacrilegio aduersus quidam bona ut videtur indolis, Acolitus, frater carnalis illius, in quo baptismus afferitur iteratus, qui ministerium in respondendo exhibuit Presbytero baptizanti, & cooperator extitit rei nefande.]

C A P. III.

Infamatus de Apostasia compellitur se purgare.

Innocentius III. (an. 1210.)

T Uæ c Fraternitati: (¶ inf. 1) Super secundo articula inquisitioni tuæ duximus respondendum, quod Clerici, qui sunt de apostasia criminis infamati, qui videlicet abjecterunt habitum Clericale, non sunt in seculari habitu tolerandi, sed per distinctionem Ecclesiasticam coercendi, donec deficiente probatione ad infamiam abolendam purgationem canonicam curaverint exhibere.

C A P. IV.

Baptizati, alterius sectæ vel fidei ritus dimittere compelluntur.

Idem d in Concilio generali. [an. 1216.]

Q uidam (sicut accepimus) qui ad sacri undam baptismatis voluntatis & acceperunt, veterem hominem omnino non exiunt, ut novo perfectius induantur: cum prioris ritus reliquias retinentes, Christianæ religionis decorum tali commixtione corfundant. Cum autem maledictus sit homo, qui terram f duabus viis ingreditur, & indui ueste non debet lino & lanaque contexa: Statuimus ut per Prelatos Ecclesiæ talis observantia veteris ritus omnimode compescatur, ut quos Christianæ religioni libera voluntatis arbitrium obtulit, salutiferæ coactionis necessitas in ejus observatione conservet: cum minus malum exstat viam Domini b non agnosceat, quam post agnitam retroire.

C A P. V.

Apostata incarcerari, & affagi possunt, ut habitum reassumant.

Honorius III. Archiepiscopo Turonien.

[an. 1224.]

A Nobis i experti tua Fratres edoceri, quid de Apostatis fit agendum, cum k in custodia detinentur, qui minis, vel blanditiis nullatenus possint induci, ut abjectum habitum resistant.

Ad quod tibi breviter respond. quod tales (si volueris) poteris l sub gravi custodia carcerare, ita quod solummodo vita sibi misera reservetur, donec a sua præsumptionis nequitia resipiscant.

C A P. VI.

Monachus in apostasia ordinatus, non potest sine dispensatione Papæ in sacerdotio ordinare ministare.

Idem Archiepiscopo Lugdun. m (an. 1224.)

S 52

Con.

a C. 3. eod. tit. in 1. comp. & post post Conc. Lat. part. 26. c. 1. b videntur. c C. un. eod. tit. in 3. comp. d Idem scilicet Innocent. III. in Concil. gen. c. 70 & voluntarie. f Eccles. c. 3. g Exod. c. 22. h 2. Petr. 2. i vide Host. in summari. de apostasis. §. qualiter puniantur. & Bernard. Diaz. in præf. crim. can. 104. k qui. l potes. m al. Lunden.

Consultationi & tuae breviter respondemus, quod Monachus aliquem sacrum ordinem in apostasia recipiens, quantumlibet suo fuerit reconciliatus Abbati, & receperit poenitentiam, absque dispensatione Rom. Pontificis ministrare non poterit in ordine sic suscep*t*o.

TITULUS X.
DE HIS, QUI FILIOS OCCIDERUNT.

C A P. I.

Mulier occidens sponte filium, debet perpetuo in monasterio paenitentia, si tamen timerit de innocentia, datur, vel saltem non denegatur sibi licentia nubendi.

Alexander III. Tornacen. Episcopo. (an. 1180.)

Venientibus ad nos M. mulier lacrymabili nobis confessione monstravit, quod cum de quodam filium genuisset, & ille sibi s^ep^t turgido vultu improprietatibus, quod filius ejus non esset, ipsa iracundie calore ducta, eundem filium interfecit: [Eⁿ inf. 1] Mandamus, quatenus eam labores inducere, ut ad aliquid monasterium transeat, in quo peccata sua perpetua poenitentia deploret. Si autem (repugnante carnis fragilitate) ad hoc inducitur, ei licentiam in Domino nubendi tribuas: quia tamen nobis videtur, ut in Domino nubat uni soli, quam inhoneste multos admittat.

[1] Quo comperto Comes Flandrensis, eam totam terram usque ad septennium abjurare coegit, nisi de nostra licentia remanevet. Cumque se nostro aspectu presentasse, & quod cum crucem accepisse Hierosolymam profectura nobis assertio ne sua proposuit, & nos eam, quia in partibus illis presentia sua non posset esse utilis, sed damno^s, a Hierosolymita no^m invenire revocanter, ipsam f. t. duximus remittendam: presentium tibi auct.]

C A P. II.

Mulier occidens filium, propter hoc a viro separari non debet, sed alia paenitentia sibi imponitur.

Lucius III. Parisien. Episcopo. (an. 1181.)

Intelleximus c, quod M. mulier filiam parvam furore accensa diabolico jugulavit: propter quod Dominus terribiliter maritum ejus, & ipsam compulit abjurare. Quia vero illam alios habere filios intimasti: mandamus, quatenus ita super hoc provideas, quod sui sceleris poenam luat, & saluti ejus, ac filiorum per tuam providentiam consulatur: & non obstante juramento, quod a viro deus dominus proponitur extorsisse, eam (sicut expedire videbris) eidem viro restituas, ita quod filios suos libere possit, & pacifice gubernare.

C A P. III.

Se summat, ponens paenitentiam parentum, circa quos pueri reperiuntur oppressi.

Idem.

DE infantibus d autem, qui mortui reperiuntur cum patre & matre, & non apparet, utrum a patre, vel a matre oppressi sint ipsi, vel suffocati, vel propria morte defuncti, non debent inde securi esse parentes, nec (etiam) sine poena: sed tamen consideratio debet esse pietatis, ubi non voluntas, sed eventus, mortis causa fuerit, si autem eos e non latet, iplos interfectores esse, sci^re debent se graviter delinquisse. Quidam autem paenitentiam trium annorum judicant esse debere, quorum unum peragant in pane & aqua.

a. Vide p^rae aliis Henricum Boich. & Hoftien. praecedenti c. citatum. b. Cap. 1. eod. tit. in 1. compil. & post Conc. Lat. sub Alex. III. p. 50. c. 12. vid. Hoft. hic in summa. c. Cap. 2. eod. tit. in 1. compil. & post Conc. Lat. p. 50. c. 25. d. Cap. un. eod. tit. in 2. compil. e. Vox, eos, dees in quibusdam exemplaribus.

TITULUS XI.
DE INFANTIBUS a, ET LANGUIDIS EXPOSITIS.

C A P. UN.

Infans expositus a patre, vel alio eo consentiente, vel ramum habente, hoc ipso a patria potestate liberatur. Idem in servo, & liberto, qui ob predictam causam liberantur a dominica potestate. Et idem juris est in predictis languidis cujuscunq^{ue} etatis sic expositis; vel si eis alimenta denegantur: si tamen, qui predictis alimenta praestiterint, nullum ius in eis acquirunt.

Gregorius IX. (an. 1136.)

Si a patre, sive ab alio, sciente ipso, aut ratum habentem (relegato pietatis officio) infans expositus exitit, hoc ipso a potestate fuit patti liberatur. Nam b & hoc casu in ingenuitatem libertus, & servus in libertatem eripitur, quod & de predictis cujuscunq^{ue} etatis languidis, si expositi fuerint, vel si aliqui eorum alimenta impie denegari contigerit, est dicendum. Sane qui hos suscipiant, non possunt propter hoc in eorum personis ius aliquod vindicare.

TITULUS XII.
DE HOMICIDIO VOLUNTARIO, VEL CASUALI.

C A P. I.

Homicida incorrigibilis debet deponi, & tradi curia seculari, ut moriatur.

In Exodo. d

Si quis per industriam c occiderit proximum suum, & per insidias, ab altari meo evelles eum, ut moriatur.

C A P. II.

Ponit paenitentiam occidentis latronem, cum se poterat alter liberare: si vero aliter liberare se non poterat, non teneatur agere paenitentiam, nisi ad cautelam.

Ex Poenitentiali Romano.

Interfecisti furem aut latronem, ubi comprehendendi poterat absque occidente: quia ad imaginem Dei creatus est, 40. dies non intres Ecclesiam, & lanae ueste induitus, ab escis, & potibus, qui interdileti sunt, & a thoro, gladio, & equitatu, per illos supradictos dies abstineas. In tertia autem & quinta feria, & Sabbatho, aliquo genere leguminum, vel oleribus, pomis, & parvis pesciculis, cum mediocri cervisia utere temperate. Si autem sine odii meditatione, te tuae liberando, hujusmodi diaconi membra interfecisti (secundum indulgentiam dico, propter imaginem Dei) si aliquid jejuna volueris, bonum est tibi: & eleemosynam fac largiter. Si Presbyter eadem f fecerit, non deponatur: tamen quamdiu vivit g, paenitentiam agat.

C A P. III.

Non occiditur sur diurnus sine culpa, sed nocturnus sc.

Augustinus super Exodo.

Si perfodiens b inventus fuerit sur, & percussus mortuus fuerit, non est illi homicidium imputandum. Si autem oriatur Sol super eum, reus erit. Intelligitur ergo non pertinere ad eum homicidium, si sur nocturnus occidatur: si autem diurnus fuerit, ad homicidium pertinet. Hoc est enim quod ait: si oriatur Sol super eum, &c. quia poterat discernere, quod ad surandum, non ad occidendum venisset: & ideo non debet occidi.

Hoc

a. In Cod. Barb. de infantibus languidis, vel expositis. b. In Cod. Barb. Nam etiam in hoc casu, &c. c. Vid. Conc. Trid. sess. 14. de reformat. c. 7. d. Exod. 21. e. Cap. 1. eod. tit. in 1. compil. praeferat Ant. Eutr. & alios, vide Guid. Pap. decisi. 121. incipit in Camera. f. vid. Bernard. Diaz. in pract. crimin. can. c. 88. g. vivat. h. Cap. 5. eod. tit. in 1. compil.

Hoc etiam in antiquis legibus secularibus (quibus ista est antiquior) invenitur, impune scilicet occidi nocturnum furem quoquo modo: diurnam autem, si se telo defendet: jam enim plus est, quam sur.

C A P. IV.

Sub generali pollicitatione, seu promissione, etiam jurata, non venit illicitum.

Hieronymus. a

Cum juramento b pollicitus est Herodes saltatrici dare quodcumque postulasset ab eo; si ob jusjurandum fecisse le dicat, si patris matrisve interitum postulasset, Lazarus esset, an non? quod ergo in suis repudiatus fuit, contemnere debuit in Propheta.

C A P. V.

Homicida est, qui facit, vel dat fortis, vel venena sceleritatis.

Ex Concilio Guarmacien. c

Si aliquis causa explenda libidinis, vel odii meditatio ne, homini, aut mulieri aliquid fecerit, vel ad potandum dederit, ut non possit generare, aut concipere, vel nasci soboles, ut homicida teneatur. d

C A P. VI.

In paenitentia imponenda Judge debet attendere circumstan^{cias}, ex quibus augetur, vel minuitur delictum. h. d. usque ad §. Illi autem.

Alexander III. Exonien. e Episcopo. (an. 1180.)

Iscut f dignum: [Eⁿ inf. 1] Sane cum vir discretus existas, plenus nosti, quod in excessibus singulorum, non solum quantitas & qualitas delicti, sed etates, scientia, sexus, atque conditio delinquentis sunt attendenda: & non solum secundum predicta, sed secundum locum & tempus, quo delictum committitur, unicuique paenitentia debet indicari: cum idem excessus magis si in uno, quam in alio puniendus.

[1] E^t & omni rationi consentaneum, graves, & difficiles questiones ad examen Apostolice sedis deferri: ita etiam ex ministerio nobis sollicitudinis imminent easdem questiones ut nobis Deus dederit solvere, & singulis a nobis consilium postulantibus respondere: ut providentia Rom. Ecclesie, quae ubique terrarum Domino disponente obtinet principatum, questiones solvantur, & removeantur ambiguities de cordibus singulorum. Li- et autem super questionibus, quam nobis tua discrecio solvendas direxit, te non dubitamus providum, & circumspicuum existere: cognimur tamen ex susceptae servituis ministerio juxta discreti- nonem, & providentiam nostram tibi exinde respondere.]

Socians homicidiam animo occidendi, licet non apponat ma- num, si tamen ex sua causa mors secuta est, tenetur fere pa- pena cum homicida. Hoc dicit usque ad § illi etiam. Abbas Sic.

§. 1. Illi autem g, qui animo occidendi, feriendi, aut capiendo illum sanctum, & reverendum virum quondam Cantuar. Archiep. citra manum injectionem se fatentur venienti, si de illa capione mors ejus secuta fuisset, pati paenitentiam, vel fere pari existenter puniendi.

Qui sociat homicidiam tantum animo prohibendi, ne impeditur, tenetur paulo minori pena. h. d. usque ad §. qui vero.

§. 2. Illi etiam, qui non ut ferirent, sed ut percussori bus opem ferrent, si forte per aliorum violentiam impeditur, paulo minori debent pena multari: quia cum scriptum sit: Qui potuit hominem liberare a morte, & non liberavit, eum occidit: constat ab homicidi reatu immunes non esse, qui occisoribus opem contra alios praestare vene-

C A P. VII.

Homicidium casuale imputatur ei, qui dabat operam re- liciet, si non adhibuit diligentiam, quam debuit.

Idem. (an. 1180.)

PResbyterum f, qui quandam puerum intuitu disciplinae percussit in capite, cum post paucos dies expirasset, tam ab omni altaris ministerio debes perpetuo removere, quam ab officio Sacerdotiali deponere, si ex ipsa percus- sione interierit, vel aliam infirmitatem incurrit, de qua

CAP.

a. Super Matthaeum, c. 14. refert Burch. l. 11. decret. cap. 16. Ivo p. 12. c. 73. b. Cap. 6. eod. tit. in 1. comp. c. Guarnacien. sed Burch. l. 17. decret. c. 57. tribuit Conc. Vvorm. c. 30. habetur cap. 13. eod. tit. in 1. compil. d. tenetur. e. Exonien. f. Cap. 7. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. Lat. sub Alex. III. p. 35. cap. 1. g. Ut sequentia apertius intelligantur, observandum est Thomam Cantuarien. Archiepisc. circa annum 1171. sub Alexand. III. crudeliter occisum.

a. Hic in plerisque Cod. adegit dicitio, non: quam abesse oportere & sententia hujus loci, & vetera indicant exemplaria. b. fuerunt. c. fuerunt. d. Vid. Bernard. Diaz. in pract. crimin. can. cap. 88. e. dictus. f. Cap. 8. eod. tit. in 1. comp. g. Conc. Lat. part. 26. c. 7.